



Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma

Gynaikes, Mulieres: Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma (FCT-21-16887)	
Roma	Autoría: Pilar Pavón Torrejón
República/Alto Imperio	
Ámbito: religión, política	
<p>Haec amoris pignora cum essent, nec quicquam secretum alter ab altero haberent, per iocum adulescens uetat eam mirari, si per aliquot noctes secubisset: religionis se causa, ut uoto pro ualetudine sua facto liberetur, Bacchis initiari uelle. id ubi mulier audiuit, perturbata 'dii meliora.' inquit: mori et sibi et illi satius esse quam id faceret; et in caput eorum detestari minas periculaque, qui id suasissent. admiratus cum uerba tum perturbationem tantam adulescens parcere execrationibus iubet: matrem id sibi adsentiente uitrico imperasse. 'uitricus ergo' inquit 'tuus—matrem enim insimulare forsitan fas non sit—pudicitiam famam spem uitamque tuam perditum ire hoc facto properat.' eo magis mirabundo quaerentique, quid rei esset, pacem ueniamque precata deorum dearumque, si coacta caritate eius silenda enuntiasset, ancillam se ait dominae comitem id sacrarium intrasse, liberam numquam eo accessisse. scire corruptelarum omnis generis eam officinam esse; et iam biennio constare neminem initiatum ibi maiorem annis uiginti. ut quisque introductus sit, uelut uictimam tradi sacerdotibus. eos deducere in locum, qui circumsonet ululatus cantuque symphoniae et cymbalorum et tympanorum pulsu, ne uox quiritantis, cum per uim stuprum inferatur, exaudiri possit. orare inde atque obsecrare, ut eam rem quocumque modo discuteret nec se eo praecipitaret, ubi omnia infanda patienda primum, deinde facienda essent. neque ante dimisit eum, quam fidem dedit adulescens ab his sacris se temperaturum.</p>	<p>Como ya había estos compromisos de amor y no tenían secretos el uno con el otro, el joven, en tono de broma, le dijo que no se sorprendiese si dormía solo durante algunas noches; por motivos religiosos, para cumplir un voto hecho por su curación, quería ser iniciado en los ritos de Baco. Al oír esto, la mujer, consternada, dijo: “¡No lo permitan los dioses!”, que más les valía morir, tanto a ella como a él, antes de que hiciera semejante cosa; y lanzaba imprecaciones y maldiciones sobre la cabeza de quien le hubiera dado tal consejo. Sorprendido el joven ante sus palabras y su profunda perturbación, le pide que cese en sus imprecaciones, que era su madre, con el consentimiento de su padrastro, quien se lo había mandado. “Pues entonces, dijo, tu padrastro—porqué tal vez no sea lícito acusar a tu madre— tiene prisa por echar a perder, con esta acción, tu virtud, tu reputación, tu porvenir y tu vida”. Él, cada vez más sorprendido, preguntó de qué se trataba, y ella, tras implorar la paz y el perdón de los dioses y diosas si, impulsada por su amor hacia él, revelaba cosas sobre las que debía guardar silencio, dijo que cuando era esclava había entrado en aquel santuario acompañando a su señora; que desde que era libre nunca se había acercado allí; sabía que aquél era el taller de toda clase de depravaciones, y le constaba que desde hacía dos años no había sido iniciado nadie que tuviera más de veinte años. En cuanto alguien era introducido, era entregado como una víctima a los sacerdotes; éstos lo acompañaban a un lugar que retumbaba con</p>



Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma

<p>Titus Livius, <i>Ad urbe condita</i>, Liber XXXIX, X, 1.9. The Latin Library: http://www.thelatinlibrary.com/livy/liv.39.shtml</p>	<p>gritos, cánticos de coros y percusión de címbalos y tímpanos, para que no se pudiera oír la voz del que pedía y le suplicaba que desechase por todos los medios semejantes propósitos y no se metiese de cabeza en un osito donde primero tendría que soportar y después cometer toda clase de infamias. Y no le dejó marchar hasta que el joven le dio su palabra de que no tomaría parte en aquellos ritos.</p> <p>Tito Livio. <i>Historia de Roma desde su fundación</i>. Libros XXXVI-XL. Traducción y notas de José Antonio Villar Vidal, Biblioteca Básica Gredos, Madrid, 2001, XXXIX, X. 1-9. 272-273.</p>